II. poſt Paſcha: Miſericordias DOMINI, Ev. Joh. 10, 11—16.

Chriſtus ſe bonum illum Paſtorem eſſe, hoc Evangelio non tàm affirmat quàm probat.

- 1. *Affirmatio ſeu Propoſitio apertam Confeſſionem habet. Partes autem ejus duæ ſunt:*
  - 1. Subjectum: *Ego,* (θεάνθρωπος) v. 11.
  - 2. *Prædicatum: Sum paſtor ille* (*Eſ.* 40. 11. *Ez.* 34, 32.) *bonus, ibid.*
- 2. *Probatio eſt Apodictica, Argumētis à boni Paſtoris proprietatib. ſeu requiſitis deſūtis, ut ſunt Ovium*
  - 1. **Dilectio**; *quam ſe habere maximam* (*Ioh.* 15, 13. 1. *Joh.* 3, 16.) *integro Syllogiſmo Salvator aſtruit.* (12.
    - 1. *Major Propoſitio videatur,* v. 11.
    - 2. *Minor,* v. 15.
    - 3. *Concluſio,* v. 14. v. 12.
  - 2. *Defenſio. Hanc* DOMINUS *αὐθεντικῶς pertractat. Mercenarij*
    - 1. *Deſcriptio* v.
    - 2. *Vituperatio à turpi: quia Viſo lupo adventante miſeras Oves*
      - 1. *Deſerit,* v. 12.
      - 2. *Fuga illa ſua extremo vitæ periculo objicit,* v. 12. *Proximè hìc cauſa fugæ ſubijcitur,* v. 13.
  - 3. *Cognitio mutua & penitiſſima;* v. 14. & 15.
  - 4. *Collectio ad Unum ovile,* v. 16. *Expendatur hìc probè*
    - 1. *Chriſti diligentia,* v. 16.
    - 2. *Ovium obedientia, ibid.*
    - 3. *Finis utriusq. ibid.*

III. poſt Paſcha: Jubilate. Ev. Joh. 16, 16——23. med.

Concio Chriſti hìc ad ſuos Diſcipulos habetur: de optabili & jucunda fortunæ ipſorum viciſſitudine. Genus autem Doctrinæ eſt partim

- 1. *Obſcurum. Obſervetur ejus*
  - 1. *Cauſa formalis cujus duæ ſunt partes:*
    - 1. *Propoſitio antithetica, temporis & modi notatione expreſſa,* v. 16.
    - 2. *Ratio, ibid.*
  - 2. *Effectus in Diſcipulis: ἄγνωσις τοῦ λεγομένου, prodita*
    - 1. Συζητήσει. v. 17.
    - 2. Ἐξομολογήσει, v. 18.
- 2. *Apertum. Hujus*
  - 1. Ἀφορμή. Γνῶσις JESU, *qua cognovit quod de ejus διανοίᾳ interrogare animum induxerint,* v. 19.
  - 2. Μορφὴ προκαταληπτική. προέφθασε *namq. Diſcipulos, quærendi perquàm cupidos.* 2. v. 19. *Partes tres ſunt:*
    - 1. Κατάστασις *quæ habet,*
      - 1. Ἀντίθεσιν *Rerum & Perſonarum,* v. 20.
      - 2. Διόρθωσιν. *directionem, & in contrarium, melioremq. ſi Diſcipulos reſpicias, ſtatum reductionem, ibid.*
    - 2. Ἔκθεσις συγκριτική.
      - 1. Πρότασις. v. 21.
      - 2. Ἀπόδοσις. v. 22.
    - 3. Ἐπιφορά, *promittens Diſcipulis perfectam Rerum neceſſariarum notitiam, ſuo tempore ſecuturam,* v. 23.